



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Daniel Stylita. 11. Decembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

parentum custodiam noctis beneficio fecellit, interque Angelorum comitatum in jus ultrò ambulavit. Ibi sic rex ipsum judicem accusare ausa est, & ejus in pios tyrapnidem populo spectante & audiiente multis objurgare. Quidquid, cum hic dictis mellitis suadere infisteret, ut ad Deos transiret, quod dicta illa despueret, in vultum tyranni expuic, Deosque & thus Deorum, cumque his minas omnes heroo pede calcavit: flagris deinde lacera risicit, etiam sanguineque suo picta velut superbè circumspexit se: demum cum faces ardentes admoverentur, flammis ore patulo excepit, Deoque cum anima lætabunda transmisit. Et vero ecce testes castissimi & animi & corpusculi! Ille, uti ipse carnifex spectavit, argenteas columbae pennas induitus celo se abdidit. Hoc, ut tumulus manibus responderet, prodigiose nives texerunt. Et erubuerunt, puto, hæc cum candidius aliquid se, virginitatem viserunt. Ex Prud.

Nihil est in omnium virtutum dignitate praestans, quam pietas misericordia, & puritas castitatis. His nos praediis specialiter instruamus, ut tamquam duabus aliis elevati de terrenis mereamur esse cœlestes. S. Leo serm. 4. de Pass.

S. DANIEL STYLITA. II. Decembrio.

Cœlo vicinus incola DANIEL est, qui annos XXIX. columnam habitavit, indeque tempestates, & cum his mortalia omnia generoso supercilie despexit, orci ingens terror, Superis gratissimum spectaculum. Nempe terris adeoque se altior, clientes sibi obnoxios reges habuit. Ita Leonem filio beavit, & mortis periculo exemplum Imperatorem sibi vitam debere fecit. At

Cc 4

Zenoni

VITÆ SANCTORVM II. Dec.

Zenoni regni jacturam longè antè vaticinatus est. Contra Basiliscum verò Ecclesiæ hostem ut pugnaret, ē columnā descendit, & impendentes Numinis iras sœuenti objecit non vanus augur. Iam & in dæmonas malos regnum tenuit, eque corporibus humanis, cùm libuit proscriptis, fuitq; cùm mulier, quæ Divi innocentiam infami rume more asperserat, à vindice genio obsessa; non potuit obsidione nisi ab ipso DANIELE liberati. Ceterū cum cælo uti propinquum, ita frequens illi suit commercium, sub ultimis præsertim tres vitæ dies, quibus Cælites plurimi ad ægrum viserunt. Horum nomina prodidit hominis item incola & dæmon, uti & horam, quâ moriturus DANIEL, & ipse fugādus erat. Obiit verò anno CCC. LXXXIX. In corpore, quod diu tergmina crux illustravit, tumulando reges laborarunt. Animus fecit, quod in vitâ iam fecerat; cælum habitavit.

Ex Metaph.

Nemo sibi vinat, sed ei, qui pro se mortuus est. Cui enim justius vivam, quam ei, qui si non moriretur, ego non viverem? cui commodius, quam promitteri vitam eternam? cui magis ex necessitate, quam flamas perpetuas minitanti? S. Bern. ep. 143.

B. IVVENIS AEGYPTIVS ANONYMVS.

II. Decembri.

VT exciderit antiquitati nomen adolescens-
tis hujus, aliud certè sibi & immortale apud posteros peperit. Et videtur etiam hic minus fa-
cturus fuisse, si minus peccasset. Et enim Amirani Saracenorum regis favorem ut accuparetur,
Christum cum Mahomete mutavit, & calcatâ
cruce, more barbaro impioque sacramentum aci-
naci